Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In Passione dñi. FERIA. III.

CONGREGATI SUNT BABILONII AD REGEM ET dixerunt ei. Trade nobis daniele qui bel destruxit et draconem interfecit. Alioquin interficiemus te et domum tuam.

ACCOSANCTA OBSERVANTIA QUADRAGESIMALIS. nec in tempo dnice passionis qd recolimus specialiter ad hoc exceptum est et electum preteris anni temporibus. quatenus homo spiritalis. qui alio tempore uiuere in ualet sicut deberet. saltem diebus istis psalmis sua elaborare studeat totis uiribus corporis et affectibus cordis. Nam sicut uerus et misericors animarum medicus. uoluit et pordinauit. ut istis diebus aliquid corpori subtrahatur. sic etiam disposuit. ut anime eius refectio addatur et augeatur. Singulis namque diebus singula et noua in missarum celebratione officia. lectiones et euangelia habentur. que redundante cibo et potu spiritali. quatenus delitescentis dilugens dum anima de terrenis ad celestia debet subleuari. Sic et in lectione quam iam pro manibus habemus. si studiose quesierimus. do auxiliante desidabile animarum maxime refectionem inuenire poterimus. Congregati sunt igitur babylonii ad regem et dixerunt ei. Trade nobis daniele qui bel destruxit et draconem interfecit. Per daniele qui iudicium dei interpretatur. homo iste in integrum designatur. qui pro iniquis operationis retributionibus sibimetipsi iudex fit districtus. dum retributionem propriis exercentis idem in presenti subtilitate et districte ipse in se diiudicat et punit. quatenus in illa terribili die extremi iudicii liber et expeditus appareat ante oculos eternissimi. Quicumque igitur talis est homo. qui ita ut prediximus diuinum iudicium puniendo hoc ipse in se in presenti punit. propter quod puniendum se quandoque recognoscit. illud quod daniel iste bel destruendo. draconem